

Archia ha celebrato la gloria di Roma nei poemi epico-storici *De bello Cimbrico* e *De bello Mithridatico*

Nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis qui non mandari versibus aeternum suorum laborum praeconium facile patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: "Eius a quo sua virtus optime praedicaretur." Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quae gesserat posse celebrari. Mithridaticum vero bellum magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum totum ab hoc expressum est; qui libri non modo L. Lucillum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen inlustrant.

Dal *Pro Archia* di Cicerone

Traduzione

Nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario,
Infatti, da un lato (=sia) da giovane affrontò le imprese Cimbriche, dall'altro (=sia) da quello stesso Mario,

qui durior ad haec studia videbatur, *iucundus fuit.*
che sembrava alquanto insensibile nei confronti di questi interessi, fu gradito.

Neque enim quisquam est tam aversus a Musis
E infatti nessuno è tanto distante dalle Muse

qui non mandari versibus aeternum suorum laborum praeconium facile patiatur.
che non accetta facilmente che l'eterno elogio delle proprie imprese sia affidato ai versi.

Themistoclem illum, summum Athenis virum, **dixisse aiunt.**
Dicono che il famoso Temistocle, uomo ragguardevole ad Atene, abbia affermato

cum ex eo quaereretur quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret:
quando gli veniva chiesto quale declamazione o la voce di chi ascoltasse molto volentieri:

"Eius a quo sua virtus optime praedicaretur."
"di colui (la voce) dal quale la sua virtù fosse predicata nel modo migliore".

Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit,
Perciò il famoso Mario parimenti, in modo eccellente, apprezzò L. Plotio

cuius ingenio putabat ea quae gesserat posse celebrari.
del cui ingegno riteneva che potevano essere celebrate quelle imprese che aveva compiuto.

Mithridaticum vero bellum magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum
In verità la guerra mitridatica, grande e difficoltosa, condotta in molta varietà (di situazioni) per terra e per mare

totum ab hoc expressum est;
interamente da costui fu narrata;

qui libri non modo L. Lucillum, fortissimum et clarissimum virum,
questi libri onorano non solo L. Lucullo, uomo molto forte e molto famoso,

verum etiam populi Romani nomen inlustrant.
ma anche il nome del popolo romano.